

funditus: nec dum enim finiri potest  
 processus. Interim relictæ alterius  
 patriæ collum laqueis indutum do-  
 minatus acerbi, periclitari videtur  
 extremè, coitque & constringi-  
 tur nodus, qui mihi videtur eo re-  
 ditum intercludere. Etsi quidem  
 nondum ego neque desperavi, neq;  
 cessi proposito, demonstrandæ meæ  
 gratitudinis, inserviendique Proce-  
 ribus etiam periclitantibus, si pote-  
 ro, neque illi nuntium remiserint.  
 At quia hoc expectandum tamen est  
 mihi: nunc igitur tempus est, ami-  
 ce, ut omnes benevolentia, omnes  
 consilii copias advoces ad mihi sub-  
 veniendum informando proposito.  
 Flagrare vides incendium belli civi-  
 lis in Germania, vincere eos, à quo-  
 rum stat partibus decus imperii, cor-  
 ripi proxima, grassari flammam. An  
 igitur mare transibo, quo me vocat  
 Woto-